Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Et pilatus inquit adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimi
sit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus
fuerat in carcerem quem petebant. ihm uero tradidit uo
luntati eorum. Hunc eadem secm iohannem consideremus. idem
que p pilatum gesta sunt. Et ipsi inquit non introierunt
in pretorium ut non contaminarentur. sed manducarent
pascha. Exiit igitur pilatus ad eos foras. & dixit. Quam accusa
tionem afferitis aduersus hominem hunc. Responderunt
& dixerunt ei. Si non esset hic malefactor. non tibi tradidissemus eum.
Hoc uidendum est ne contrarium sit ei quod lucas dicit
certa in eum crimina esse dicta. & dicit quae dicta sunt.
Cepiunt autem inquit accusare eum dicentes. Hunc in
uenimus subuertentem gentem nram & prohibentem
tributa dari cesari. & dicentem se xpm regem esse. Quod u
nunc secm iohem commemorauit uidentur uidei noluisse
dicere crimina. cum dixisset eis pilatus qua accusationem
afferitis aduersus hominem hunc. responderunt ei. si non esset
hic malefactor. non tibi tradidissemus eum. uidelicet ut eorum
auctoritatem securus quidei obiceretur desineret que
rere. sed ob hoc tantum nocentem crederet. quod sibi ab
eis tradi meruisset. Ergo intelligere debemus & hoc dictum
esse & hoc quod lucas commemorauit. Multa enim dicta
& multa responsa sunt. unde unicuique eorum quantum
usum est decerpsit. & in narratione sua posuit quod
satis esse iudicauit. Nam etiam ipse iohannes dicit quae ob
iecta sunt. quae suis locis iudebimus. Itaque sequitur.
Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum uos. & secm legem
uram iudicate eum. Dixerunt ergo iudei ei. Nobis non
licet interficere quemquam. Ut sermo ihu impleretur

p6